bonis in villis Horyk et Zschesche pro praescripta capitali summa iusto et legati-
reemptionis titulo empto, prout perfectae literae desuper editae et Domino Ambrosio
in fidem donationis, translationis et appropriationis huiusmodi assignatae et ad
manus traditae continebant. Ne autem ipsum donatorem occasione donationis
huiusmodi aliquam penuriam torquere dinoscatur, ut turbare idem in
subsidium nutrimenti sui praescripti annui census octo marcarum usum
fructum, quoad vixerit, sibi duntaxat reservandum duxit, et praesenti publico
instrumento . Quodque nihilominus moderni aut futuri praedictae
vicariae vicarii censum praedictum a die donationis huiusmodi incipiendo
singulis annis in suis solutionum terminis movere, et si necesse fuerit
suis suffragio mediante extorquere et exigere donatorum ac eidem
donatori tempore vitae suae duntaxat et non ultra praesentare debebunt,
ac tenebuntur. Ad quod se dominus Ambrosius pro se et successoribus suis
obligavit, et ita fieri debere promisit. Ipso vero Clemente Donatore de medio
sublato et si retardata praedicti census tempore suo non soluta et protesta
moventi superfuerint, vult et petit eadem liberis suis et non uxori suae/appro-
priatae, et assignavit ac praesentari, Summam vero capitalem unacum
censibus sequentibus de eadem, iuxta praememoratam suam donationem
assignationem et translationem, apud Vicariam Sancti Onuphrij praedictam
perpetuis futuris temporibus manere debere Et Dominum Ambrosium Falke,
praedictum modernum vicarium, solum ex certis rationabilibus caussis et integro
usufructu praedicti census et pro persona sua, quoad vixerit, absque onere et
distributione aliqua de eodem fructu gaudere. Quo extincto futuri singuli post
eum vicarii, ex quo vicaria ipsa alius competentibus provisa medietatem
saltem praedicti census pro se et eorum usui applicare. Reliquam vero partem
aliis distributionibus et Eleemosynis hactenus exponi, et de eadem Vicaria
iuxta confirmationis tenorem dividi consuetis singulis annis ut prius con-
firmata eius facilius in Esse serventur, adiungere et annumerare habebunt
et astringuntur. In quo eorum conscientias aggravando. Et casu quo censum
praescriptum reemi, et alium in eius locum emi, et quotiescunque contigerit,
id absque diminutione summae capitalis de consilio quorum interest fieri

debere. Insuper etiam supradictus Clemens Gorner quasdam alias literas
decem Marcarum summae capitalis cum eodem et censu propter comparatas
venerabili Capitali Budissinensis Ecclesiae per vicarium vicariae sancti Onoffrii,
post ipsius ab hac vita discessum praesentare assignavit et appropriavit. Cuius census
usum fructum, modo praemisso, sibi ad vitam suam duntaxat reservavit
Quo extincto census huiusmodi una cum summa capitali eius Ecclesiae in
Capitulo manere debeat quodque Capitulum postquam literae huius-
modi aut summa capitalis praesentatae fuerint ipsum Clementem ad matriculam
anniversariorum genitori suo ascribi ac eadem die prout alius per genitorem
suum fundatum ex litera omnium sanum percipi procuravit. Dictam
quoque suam donationem, translationem et appropriationem inter vivos
factam. Donator ipse mihi Notario firmiter modo praemisso servare, nunquam
velle aut debere revocare quibuscunque rationibus ut caussis propter ingrati-
tudinem, ut paupertatem pro se et heredibus suis quantus? quibuscunque
interesse. iubere . praetendentibus promisit. Ac singulis
beneficiis contra donationem dicentibus omnibus per quae contra pro-
missa . . generalem renunciationem non valere,
nisi processerit — specialis, renunciavit . Super quibus omnibus permissis
in frascriptum requisivit ad conficiendum instrumentum

Instrumenti

Acta sunt haec anno indictione, die, mense et pontificatu quibus supra.
Praesentibus etiam Honorabilibus Dominis Pauli Dobri Vicario Ecclesiae Budis-
sinensis et Christophoro Pfeil baccalario et clerico Misnensis Dioeceseos testibus
rogatis.

Ergo Paulus Bergmann Clericus Misn. Dioeceseos publicus sacra Caesarea auto-
ritate Notarius quia permissis omnibus, dum sic ut profertur, agerentur et fierent
Una cum praenominatis testibus praesens et personaliter interfuit eaque singula
sic fieri vidi, audivi et in notam sumpsi. Ideo hoc publicum Instrumentum
manu mea propria scriptum exinde confeci subscripsi, publicavi et in hanc
publicam formam redegi, signoque nomine et cognomine meis solitis signavi
in fidem rogatus et requisitus.